UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Synodalia Osnabrvgensis Ecclesiæ, Ab Anno Christi MDCXXVIII.

Brogberen, Johannes

Coloniæ Agrippinæ, 1657

Addenda Ad Catalogvm Cleri, quae hactenus omissa reperiuntur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14298

Visual Library

Martii M D C L I I I *habendæ. Ipſaque Synodus, cum benedictione ſolemni, ac publicatis quadraginta dierum Indulgentiis, dimiſſa fuit.*

Et quia ego Ioannes Brogberen, I. V. L. & Collegiatæ Eccleſiæ Sanctorum Ioannis Baptiſtæ & Euangeliſtæ Ratisbonæ Canonicus, & Paſtor in Rimſchloe, à ſupramemorato Reverendiſſimo & Illuſtriſſimo Domino Præſule in Actuarium hujus ſacræ Synodi deputatus fui, Decretorum Synodalium promulgationi, reliquiſque in ea pertractatis interfui; idcirco eiſdem Decretis, in fidem eorundem, propria manu ſubſcripſi. Acta ſunt hæc, anno à partu virgineo M D C L I I; Pontificatus Sanctiſſimi Domini noſtri Innocentii, divinâ providentiâ Papæ Decimi, nono; diebus, menſe & loco, quibus ſupra; præſentibus Venerabilibus ac Eruditis Dominis, Antonio Sollinger & Nicolao Schaberg, Cathedralis Eccleſiæ Oſnabrugenſis Vicariis, ac reſpective Sacriſtano & Notario publico, teſtibus, adhoc ſpecialiter requiſitis, & fide dignis.

IOANNES BROGBEREN I. V. L. Capellanus Major Illuſtriſſimi Oſnabrugenſis, Paſtor in Rimſchloe, & Actuarius cauſarum Eccleſiaſticarum, ad hoc ſpecialiter deputatus, ſubſcripſit.

ADDENDA

AD CATALOGVM CLERI,

quæ hactenus omiſſa reperiuntur.

Widenbrugi, Quackenbrugi, Vechtæ, } Patres S. Franciſci, ſtrictioris obſervantiæ.

Oſnabrugi, Monaſterium Virginum Ordinis S. Claræ.

Haſelunæ, Moniales S. Claræ.

Parochia S. Annæ, in diſtrictu Gronenbergenſi.